



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Qvi Ad Conventvm Dioecesanum veniant. Tit. II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

QVI AD CONVENTVM

Diœcesanum veniant.

TIT. II.

Vbi supra.

¶ Hi autem.

Ad conuentum diœcesanum Vicarius foraneus ex Concilij Prouincialis primi decreto sacerdotes omnes cogat, qui in regione sibi commissa curam animarum quouis nomine gerunt.

Capitula item & canonicos accer-
set; nisi quos ob eorum multitudinem
non interesse Episcopus censuerit, cum
ipſi & celebres & frequentes de rebus
spiritualibus conuentus habeant.
Idem de aliis inferioris ordinis mini-
stris decretum sit, qui chori officiis de-
dicti sunt.

Ed præterea accedant omnes, & qui be-
neficia ecclæstica obtinēt, & qui item
sacris ordinibus initiati sunt; ijs tātum-
modo exceptis, quos ob ingraescētem
ætatem, aut ob aliam causam, hoc onere
liberos & solutos esse Episcopus iussuerit.
Verūm quād facilius diudicare Episco-
pus possit, quos hac lege deuinctos tene-
ri oporteat: Vicarius diœcesanus in an-
niversaria Septuagesimæ congregatio-
ne, Synodoque item diœcesana, ad eum
nomina deferat Sacerdotum & clericorum
totius regionis sibi conceditæ.

De quibus singulis non ambitiose, sed
sincerè, vereque referat, quam & in do-
ctrinarum, & in virtutum disciplinis
progressionem habeant.

Qui in numero adscriptus, siue ab Epi-
scopo extra ordinem conuenire iussus,
absuerit; absentiæ tamen causam Vica-
rius cognoscat: quique sine legitima cau-
sa absuerit, præter alias poenas, quas
Epiſcopi arbitrio luet, ne minus etiam
quarta parte nummi aurei mulctetur.
Nec verò mulcta maior sit aureis num-
mis duobus. Atque intra hos quidem li-
mites mulctam pro culpæ modo, & per
sonæ ratione temperare, Vicario diœ-
cesano liceat.

Vbi cleri numerus maior erit quam
triginta, aut regionis spatum decem
millib⁹ passuum amplius patebit; aut
verò alia causa erit, quam brevem omnes
in unum locum conuenire non possint:
tunc Episcopus re perspecta, causave co-

gnita, eiusdem regionis clerum in duos
pluresve conuentus tribui dispartitive,
aut capitalum canonicorū, si quod erit,
non euocari iubebit; aut aliam aliquam
rationem, prout expedire viderit, iuriri
statuet, qua nec tam salutare institutum
omittatur, nec clero plus oneris impo-
natur, quam ferre possit.
Neq; verò vñquam nisi grauissima cau-
sa, eiusdem regionis plebisque clerus
(cum quasi vnum corpus sit) in multis
partes distrahi, diuellique debet.

QVI DOMI SVÆ CON-
VENTUM HABERE DEBENT.

TIT. III.

Domi suę conuentum habeant, sum-
ptusque necessarios eo nomine fa-
ciat omnes, quibus animarum cura quo-
uis nomine commissa est.
Vicarij item perpetui, quive aliorum vi-
ce, certo, incerto ve tempore curam ani-
marum gerunt, conuentum impensis eo
rum habeant, quorum nomine anima-
rum curationem sustinent; nisi aliter
vel inter eos conuenerit, vel ab Episco-
po decretum sit.

Regulares item, siue suo, siue sui ordinis
nomine curam animarum gerunt, id
oneris suo loco subeant, ijsdem legibus
deuincti quibus ceteri item parochi;
nisi illis potentibus, Episcopus, prout
expedire iudicauerit, in alia eiusdem
loci Ecclesia, aut in alia etiam parochia
congregationem illorum sumptibus ha-
beri statuerit.

Vbi laicorum impensis curator anima-
rum alitur, si, cum cleri eo loco cogendi
tempus inciderit, nullus erit; nihilominus
cogetur sumptibus laicorum: qui à
Vicario diœcesano non vlla importu-
nitate, neque vlla efflagitatione ad im-
pensas suppedandas incitabuntur; sed
piè benigneque inducentur, propositis
salutaribus utilitatibus, que cum ad eo-
rum parentes vita hac perfunctos ex sa-
crarum Missarum diuinorumq; officio-
rum celebritate dimanabunt; tum ad ip-
pos etiam ex concione indulgentiisque
pertinebūt, quæ fidelibus concessæ sunt,
qui diuinis illis officijs interfuerint.

Cc 2 Quod